



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

De vita continuè interna. Cap. XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

si quis vel in extremo vitæ suæ tempore, firmam in Deum fiduciam adipisci possit. Quisquis seipsum, voluntatem omnemq; suam sollicitudinem diuinæ providentiæ securus committit confusus, omnia tam prospera quam aduersa sibi esse salutaria, Deumq; bene posse, nosse, & velle opitulari: is coram Deo absolute sanctus confetur, suaq; ista humili fiducia Deo vim infert, Deique suavissimum pectus ad eum transfodit, vt diutius opem suam negare non possit. Impossibile plane est, vt quis à Deo petuntur & sperantur, non impetrentur. Qui magna cum fiducia arduam quandam rem à Deo postulat, is longè citius exaudietur, quam pusillam petens pusilla fiducia. Istud enim locutus est ipse Dominus. *Si potes credere, omnia possible sunt credenti. Et. Quicquid petieritis accipietis, modo salutaria petieritis resta ad Deum, intentione.*

Sanctus coram Deo confendus quis.

Marc 9.
Matth 7.
Marc 11.
Lucæ 11.
Ioan 14.

De vita continue interna.

CAPVT XXX.

Animarum dispendium maximum quod.

Vita interna & spiritualis quomodo obrincatur.

1. Cor. 6.

Ioan 4.

Maximum animarum dispendium (quod ego quidem noui) est liberum non habere ingressum ad Deum, sine medio amoris creaturarum. Quisquis autem suapte negligentia liberum istum ad Deum ingressum amittit, plus internorum spiritualiumq; bonorum vno momento amittit, quam si omnes scripturas edisceret. Ob aliud enim nihil omnes scripturæ composita sunt & instituta, quam vt harum adminiculo, nos ipsi integrum, internum & spirituale efficiamur & simus holocaustum Dei. Proinde ab omnibus distractionibus intro semper reuertere sensus & vires tuas ab externis actionibus, intro in animæ tuæ cubiculum retrahe, cordis ostiolum, contra imagines omnes & ineptas phantasias mentem tuam distrahentes occlude. sensus viresq; tuas recollectas, cum amore ad Deum, in ipsis animæ tuæ penetralibus vbi is præsto est, conuerte. Qui sine medio adhæret Deo, is vnum est cum ipso, supra imagines & formas, vnde gratia suam trahens originem, in omnes inde animæ vires profluit. Gratia siquidem in origine sua Deus est, at vbi profluit in vires animæ quibus operamur, creatura est. Hic igitur te totum offeras, dedas, relinquant, profluas in Deum, adorans ipsum in spiritu & veritate, quomodo vt rē adorandus est. Conuersationem seruam internam verbis aut operibus per sensus exteriores te non effunde: nam quo plus verborum & operationum hoc etiam plus accidentium. Interiorem hominem tuum diligenter obserua: nam in hoc tota exterioris pariter atque interioris hominis salus dependet. Tecum constanter habita, donec extra te, sine te efficiaris. Naturam freno quodam, ne huc illuc discurrat, coerce. Vnus enim inordinatus excursus perit alterum. Nam licet per Dei gratiam peccata omnia in te iam sint prostrata, inclinatio tamen & fomes peccatorum manent insuperabiles, cum quibus tibi, quamdiu corpus istud mortale circumfers, irreconciliabile bellum sit oportet. Assidue in homine tuo interiori permans, ibi clare tibi, quid factu, quid omisso opus sit, elucescet. Accidentia omnia ceu rem vilem ad te minimè pertinentem, fortiter penetra. Nihil tibi nimis adsume, preter simplicem quandam rerum præsentium necessitatem & vsum, sine notabili cordis appositione: & omnem quarumlibet

Cum libet rerum triftium fiue letarum euentum, in Deum proijciens, abfque mul-
 tiplicitate permane: vt tibi quoque praefens permaneat Deus. Quem fi intus non
 fentis, totis viribus ad hoc elabora, vt intus habeas, omni abs te impedimento
 abiecto. Mortem citius fubeas, quam quicquam contra Deum velis, aut fpon-
 te alicui peccato confentias. Nulli, praeterquam foli Deo, nimis placere appetas: opti-
 mam partem cum Maria eligas: huc illuc importunis quarelis omnia replendo,
 vitraque neceffitate verba fundendo, non difcurras. Talia non facere folent, qui pa-
 rum in fe boni poffident. Vna namque hora ita egredi poffes, vt vix tandem multis
 annis, ac fortaffe nunquam reuertaris. Proinde ad folitudinem femper reuertitor,
 intus loquitur. Quem quaero, nullo fenfu, nullo ingenio comprehenfibilis eft, fed
 puris tantum mentibus fufceptibilis. Hunc puto, hunc venor, & quicquid mihi a-
 liud occurrerit, patri, & iter meum continuare volo. Sic ad interiora tua, vbi veritas
 ipfa adest, femper reuertere. Verborum bullis eo peruenies nunquam. Quam ob re-
 mace, quiefce, fufine, Deo confide, ac quod in te eft perfice, & protinus ad agnoscen-
 das vitae internae perfectiffimas vias mirifice illuminaberis. Quatuor autem funt
 eiuscemodi vitae, in quibus omnem fpiritualium exercitiorum plenitudinem, ac-
 que opulentiam experiri potes. *Prima*, liberi mentis afcenfus per gratiarum actio-
 nem & laudem perpetuam, ad maiestatem Dei. *Secunda*, humiles defcenfus per ab-
 negationem fui, fuaeque voluntatis, fub potenti manu Dei. *Tertia*, virtuofo (vt ita di-
 cam) egressus ad omnes homines, per generalem quandam fidelitatem & amorem,
 ex ipfa largitate Dei. *Quarta*, vniformes ingreffus, fiue introuerfiones, per om-
 nium rerum obliuionem, in amplexum vnionis Dei. Hanc inextraufam Dei opu-
 lentiam, vbi haec quatuor vitae & oriuntur & terminantur, nulla potest creatura
 comprehendere. Quare eas experienti iucundum eft fibi mori, & fpiritualia quae-
 rit exercitia laboreque perficere. Quam hoc modo Regem regum & Dominum do-
 minantium, in throno animae tuae magnifice confidentem, ne inde proturbetur,
 obferuas, tum ille viciffim interiora tua, flamma charitatis fuae ita illuminabit, &
 succendet, vt omnes vires tuae virtuofo & diuinae efficiantur, & ipfe in vitam pland
 diuinam femel transferaris. Sed quando putas? quum id ei vifum fuerit, fiue in iu-
 uenta, fiue in fenecta, fiue etiam in morte tua. Ad hoc autem fpecialibus opus non
 eft exercitijs, nifi tantum vt cor purum ferues, & ftuantemque cum vera tui abnega-
 tione adhaerentem, ad Deum femper habeas, vt fuperius fatis eft dictum.

Solitu-
do
mentis qui
incolenda.

Vitae perfec-
tionis qua-
tuor qua-

Apoc. 18:

Quomodo quis à vitijs conuertatur ad
Deum.

CAPVT XXXI.

Quamdiu corpori anima cohaeret, fieri non potest, vt homo diuini eodem sta-
 tu perferret. Quum etenim fe relicto in Deum tranfijt, & per fenfualitatem
 fuam, nunquam poftea ad fe reuerri cupit, & veftigio priusquam a-
 nimaduertat, in naturae rursus cafes collapsus, ab integro habet quod relin-
 quat. Proinde quum fapius euagatur, fenfibusque exterioribus praeter neceffita-
 tem, & rationis illuminatae praefcriptum abutitur, protinus in venialia pec-
 cata precipitatur. Quae tamen quoniam occasiones eorum pro viribus deuittat,

kkk

per ama-